



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDXXXIV.

VD18 90392167

Q. 4. Quænam notanda circa opera præscribi solita?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41032

*tur agere Pœnitentiam in hac vita; & horum di-
ctum satis videtur concordare æquitati, ut notat
Innocentius.*

*Q. 4. Quenam notanda circa opera præscribi
solita?*

*Resp. Sequentia. 1. Dum in Bulla concedi-
tur Indulgentia Contritis & Confessis ad eam lu-
crandam secundum multos Confessio non est
necessaria habenti sola venialia: quia putant
eam designari tantum ut medium ad gratiam
& remissionem culpæ. Sed alii dissentiunt,
quia tunc Confessio requiritur tanquam u-
num ex operibus præscriptis. Quare tutius
est confiteri, idque consentaneum est praxi fi-
delium, præsertim tempore Jubilæi.*

*2. Oratio fieri debet per aliquod tempus in
loco, tempore, & ex intentione designatis,
Locus est ordinariè ubi est Indulgentia. Tem-
pus est inter utrasque vespervas. Intentio est
pax inter Principes Christianos, extirpatio
hæresum, Exaltatio S. Matris Ecclesiæ, bonum
spirituale Papæ, nisi alia addatur.*

*3. Modus servandi jejunium est ille, quem
singulæ Provinciæ servant tali tempore in aliis
jejuniis.*

*4. Eleemosyna, si non determinetur per
Bullam, fieri debet juxta Regulas prudentiæ,
& dictamen internum; ita ut non detur quid
minimum, spectatâ facultate dantis, nam mi-
nima non sunt in consideratione.*

Q. 5.